1502. 14. Aprilis Ex Arch: Metr. Regni.

Literæ domini Regis Hungariæ Domino Andreæ Roża Archiepiscopo Leopoliensi et Joanni de Tarnów Palatino Sandziensi Oratoribus Scriptæ.

128

Vladislaus etc Rex Hungariæ et Bohemiæ &c

Reverendissime ac Magnifice nobis sincere dilecti. Quæ nobis circa responsum per Nos medius tertius vobis in materia legationis vestræ datum per hos Venerabilem et Generosum Bernardum Wilczek Decanum Præmisliensem et Andream de Rzeszchów homines et Nuntios vestros significastis et scripsistis probe intelleximus, unde dicimus, q nihil certe recordamur vobis in primato per nos dixisse quod etiam in publico responso vobis dictum et responsum non fuerit, aut quod a publico illo responso, quod inscriptis dari optastis disceptaret, et num idem affirmamus et

dicimus

dicimus, q omnem animi nostri displica:
tionem deposuimus, et eo magis deponc.
mus, si illa fraterna Majestas, ac domi:
ni prelati et barones illius regni Polonie
ad negotium Lithuanie et Statum Illu:
strissimi Principis domini Sigismundi fra:
tris nostri carissimi respectum habere
et nobis in eo complacere velint, quem
nos prout et veram protestati sumus
nec deserere, neque nos aut ipsum portionc
nostra privari volumus. Que autem sina:
lis nostra mens et desiderium circa hoc i:
psum negotium ejusdem domini sue Illu:
strissime existat fraterna illa majc:
stas, quemadmodum et proprio nostro
ore vobis retulimus, atque per literas
scripsimus. Ex eodem ipso Illustrissimo
domino Duce clarius intelliget. Itaq;
responsum, quod vobis in scriptis de:
deramus, et quod nobis ad immutandum
remiseratis, vobis remittimus, quam in:
hil in eo quod contra mentem et voluntatem

Nostram

Nostram, aut extra datum responsum
esset Scriptum, vel quod non nisi fratev:
num Amorem judicare et parere posset
comperimus, bene valete. Ex oppido
Episcopali Kremesyd, in festo beati Fa:
bartij Martyris, Anno Domini millesi:
mo quingentesimo secundo. Regnorum
Nostrorum Hungariæ duodecimo, Bohe:
miæ vero anno tricesimo secundo.